Las cuentas de Roger de Lauria

(CONTINUACIÓN).

in eadem insula, pro solidis eorum dierum quindecim, numeratorum a sextodecimo die dicti mensis octubris, usque ad quod tempus eis fuerat de eorum solidis, sicut predicitur, satisfactum, usque per totum eundem mensem, computata pecunia soluta balistariis sex et marinariis tribus, adiunctis in altera predictarum galearum, cuius erat comitus predictus Arnaldus, pro supplemento armationis galee ipsius, de numero personarum deputatarum in galiono predicto, pro solidis eorum dierum viginti septem, numeratorum a tertio dicti mensis octubris in antea, usque ad quod tempus fuerat eis de eorum solidis in Catalonia satisfactum, ad predictas rationes, sicut predictus quaternus plene distinguit; eorumdem denariorum libras de numero centum octuaginta, solidos decem et denarios septem. Undecimo dicti mensis iulii, apud Barcellonam, pro candelis, speciebus, carnibus sallitis, caseo, fabis, vino et rebus aliis emptis et assignatis per eumdem Ammiratum, in eadem terra Barcellonie, comitis predictarum galearum duodecim et galioni unius, tam pro neccesariis vassellorum ipsorum, quam pro companagio personarum in eis navigantium, pro predicto tempore, quorum comitorum nomina et res singulis eorum propterea assignate et quatitas pecunie solute pro rebus eisdem et quibus personis in eodem quaterno distincte notantur; eorumdem denariorum libras de numero trecentas octuaginta duas, solidos tredecim et denarios quatuor. Infra predictum mensem iulii, apud Barcellonam, pro anulis et landris de ferro, pro virga standalis facti ad arma predicti domini fratris nostri, forranda virga ipsa cindato et staminea coloris ialini et rubei, emptis positis et conversis, pro faciendo predicto standali, baneriis et pennenibus ad eadem arma, nec non pro certa quantitate ordei, ferrorum equorum, cun clavis eorum neccessariis, pro annona et aliis habilitatibus super mare, pro equis stipendiariorum curie navigantium cum eodem ammirato in galeis eisdem et aliis diversis servitiis neccesariis, tan pro armatione quorumdam ex vassellis predictis, quam pro aliis negotiis et delatura certe quantitatis biscocti onerati et imminsi in predictis vassellis, pro eorum panatica et repositione biscocti ipsius, per quoddam temporis spatium repositi in eadem terra Barcellonie, prout idem quaternus plane distinguit; eorumdem denariorum libras de numero ducentas viginti septem, solidos decem, denarium unum.

Sextodecimo dicti mensis augusti, apud Maioricas, pro acutis diversarum manerio-rum clavis, stupparolis, stuppa et pice neccessariis pro reparatione quarumdam galea-rum ex vassellis predictis, que ob tempestatem supervenientem in eorum viagio, a maritima Russillioni usque ad insulam Maioricarum, in eundo ad predictam insulam Quer-kani, in diversis partibus indigebant neccessario reparari, positis et conversis in reparatione ipsarum, delatura predictarum rerum, ab eadem terra Maioricarum, usque ad galeas easdem et expensis Berlingerii Rog et unius socii sui, missorum apud Maioricas, pro emendis et deferendis rebus eisdem; eorumdem denariorum libras de numero viginti, solidos duos. Infra predictum mensen septembris quintede-

cime indictionis, apud Trapanum et Panorum, per manus suas et Talenti de Iscla, nuntii sui, pro salario unius pedoti de Trapano conducti et deputati ad conducendam galeam Arnaudi Safont a Trapano usque ad predictam insulam Querkani, que propter predictam tempestatem supervenientem in dicta maritima Russillioni diverterat a galeis predictis, custodia galee predicti Ammirati existentis in portus Trapani, confectione etiam cantariorum biscocti quinquaginta octo, factorum per eumdem Talentum in Trapano, de farina curie existente in eadem terra, oneratura, tam ipsius, quam aliorum cantariorum biscotti centum de biscocto curie in eadem terra existente, onerato in eadem galea dicti Arnaudi et missi cum ea ad eumdem Ammiratum ad predictam insulam, salario unius cursoris missi cum suis litteris ad nostram presentiam de significatione sui reditus in Siciliam, delatura, oneratura et naulo cantariorum biscocti nonaginta trium missorum a Panormo in Trapanum, oneratura certe quantitatis biscotti curie onerati in Panormo cum navi Bernardi de Sarriano proinde conducta, que cum ipsius biscocti onere, navigando ad predictam insulam, predicto Ammirato in mari in reditu obviavit; computatis unciis quinquaginta sibi solutis, de unciis centum ei conventis, pro naulo predicti biscocti deferendi cum ea ab eadem civitate Panormi usque ad predictam insulam, eo quod non compleverat ipsum viagium et emptione certe quantitatis biscocti empti in Trapano, pro supplemento panatice personarum navigantium in predictis vassellis et certa quantitate cannapacii, ex qua facti fuerunt sacci, in quibus biscoctum ipsum cum predicta navi delatum extitit, expensis Talenti de Iscla et sociorum missorum apud Panormum super oneratura et missione dicti biscocti, loerio cuiusdam vaccette, Bartholomei de Alberto navigantis cum predicto Ammirato in dictis nostris servitiis ac certa quantitate vini empta et assignata per eum in Trapano comitis undecim galearum remissarum per eum de Trapano in Cataloniam, post adventum earum a predicta insula Querkani, de numero predictarum galearum armatorum in Catalonia et Maioricis, pro potu personarum in eis navigantium ac pro palmizandis aliis tribus galeis, post modum per eum similiter remissis in Cataloniam, de numero predictarum galearum, quarum due redierant de partibus Barbarie in Trapanum, ad quas misse fuerant pro recipienda pecunia liberationis predicti Margani et redemptione predictorum sarracenorum et pro diversis rebus emptis et assignatis comitis galearum ipsarum, pro companagio et aliis necessariis personarum et galearum ipsarum, sicut dictus quaternus particulariter et plene distinguit: uncias centum viginti sex, taros duos et grana quinque. Decimo predicto mensis septembris apud insulam Favognani (?), comitis tredecim galearum de numero galearum ipsarum, pro solidis certi numeri personarum per eos deputatarum, ad custodiendum in eisdem galeis sarracenos captos in predicta insula et ministrandum eis neccessaria, ab eadem insula usque Trapanum, ana unciam unam et taros quindecim, pro personis deputatis ad hoc, in qualibet galearum ipsarum; quorum comitorum nomina et cognomina et quantitas pecunie cuilibet eorum proinde soluta, in eodem quaterno distincte notantur: uncias decem et novem, taros quindecim. Infra menses septembris et octubris, quintedecime indictionis, apud Trapanum et Panormum per manus Petri de Vilariis et Chapi Florentini, nuntiorum suorum, pro victu et custodia predictorum sarracenorum captorum in predicta insula et missorum ad easdem terras ad vendendum, pro certo tempore, infra quod predicti sarraceni venditi fuerunt in terris eisdem et pro salario incantus venditionis sarracenorum ipsorum, prout idem quaternus plene distinguit: uncias viginti octo, taros octo. Summa predicte pecunie solute pro armationibus predictorum vassellorum et aliis predictis expensis et servitiis factis in captione et venditione predictorum sarracenorum, ad opus predicti domini fratris nostri et nostrum: uncie trecente sexaginta due, tari viginti unus et grana sex;

predictorum denariorum libre de numero novem milia sexaginta, solidi tres, denarii octo. De quibus, medietate soluta et assignata propterea per eumdem ammiratum, de pecunia dicti domini fratris nostri, contingunt nos, pro reliqua medietate predictorum omnium, que pro medietate ipsa in presenti exitu computantur, ad idem pondus: uncie centum octuaginta una, tari decem, graua quatuordecim; predictorum denariorum, librarum de numero quatuor milia quingenta trigiuta, solidus unus et denarii decem.

Computantur in eodem exitu, iuxta predicti quaterni tenorem, pro duobus sarracenis nigris, de numero predictorum sarracenorum, olim assignatis per eum nostre curie, qui missi fuerunt in exenium ad illustrem ducem Venetiarum: uncie duodecim. Olim per diversas vices et tempora, infra predictum tempus, Iacobo de Bussono, dudum capto per nostrum felix extolium, in conflictu et captione principis, qui tunc nostro carceri tenebatur, pro expensis suis et duobus custodibus deputatis ad ipsius custodiam, pro salario eorum, pro anno uno et mense uno, numeratis a quintodecimo iunii nuper preterite duodecime, usque per totum, mensem augusti predicte tertiedecime indictionum, nec non Raynaldo Galardo similiter capto in eodem conflictu et carceri nostro detento, pro expensis suis et duobus custodibus deputatis ad ipsius Raynaldi custodiam, pro salario eorum pro mensibus decem et diebus quindecim, numeratis a predicto quintodecimo iunii duodecime, usque per totum mensem aprilis tertiedecime indictionum predictarum, ad rationem de granis decem, pro quolibet predictorum et de taro uno pro quolibet predictorum custodum, ponderis generalis per diem uncias quinquaginta octo, taros viginti duos et grana decem.

Diuersis personis in quaterno ipso distinctis, pro subscriptis rebus emptis et assignatis infrascriptis officialibus hospicii illustris domine regine domine matris nostre, ad opus camere sue et pro usu hospitii sui, pecunie quantitatem subscriptam, videlicet, pro nappis et coppis de argento assignatis... ad opus predicte camere: uncias quatraginta, taros viginti unum et grana quindecim. Pro frumenti salmis centum et cantario uno de angillis sallatis, olim per eum emptis et assignatis Bartholotto Tallavie expensorii eiusdem hospitii: uncias triginta quinque, taros decem. Summa predicte pecunie assignate ad opus camere et predicti hospitii: uncie septuaginta sex, tarus unus et grana quindecim. Pro frumenti salmis quinquaginta et cantario uno de angillis sallatis, emptis et assignatis per eum Petro de Fusses, expensori nostri hospitii, pro usu eiusdem hospitii: uncias decem et octo, taros viginti. Pericono de Ottellis, de reposito dicte domine matris nostre, pro emendis per eum tappetis, et tobaliis senneis (?) et mataraciis ad opus inclite matertere nostre Beatricis: uncias quindecim. Olim per diversas vices et tempora, infra predictum annum quintedecime indictionis, egregio Manfrido consobrino nostro, primogenito illustris marchionis Salluciarum, computandas in quantitate pecunie sibi conventa in dotem, contemplatione matrimonii contracti inter predictam materteram nostram et eum: uncias mille sexcentas quinquaginta et grana septem.

Ostendit per eumdem quaternum, alim per diversas vices et tempora, infra predictum annum quintedecime indictionis, per manus suas et infrascriptorum nuntiorum suorum solvisse, tam diversis stipendiariis curie, quorum nomina et cognomina et quantitatem pecunie cuilibet eorum solutam, quaternus ipse distinguit, computandas in solidis eorum, quos a curia debebant recipere, quibusdam ex eis pro quietatione et supplemento quietationis certi preteriti temporis in quaterno ipso notati, de qua quantitate sibi solvenda ad predictum Lapum nostre littere emanarunt, qui nichil exinde sibi solvit, litteris ipsis per eum in nostris manibus resignatis, quas mandavimus et fecimus lacerari, quam Iohanni Scorne scriptori quietationis gentis

nostre et aliis subscriptis personis, solvendis per eos diversis stipendiariis, pro eorum solidis, sicut infra distinguitur, ad idem pondus, pecunie quantitatem subscriptam, videlicet; Quibusdam ex predictis stipendiariis computandas in quietatione eorum, quam a curia debent recipere: uncias centum triginta quatuor, taros quindecim. Quibusdam ex predictis stipendiariis, pro solidis eorum certi predicti temporis, in quaterno ipso distincti, computatis unciis auri decem solutis Guillelmo Carbono, pro quietatione sua mensium quinque, numeratorum a primo iulii, dicte quartedecime, usque per totum mensem novembris quintedecime indictionum predictarum, iuxta tenorem albarani Iohannis Scorne predicti thesaurarii proinde directi, quod curie assignavit, super quibus exhibendis eidem, ad predictum Lapum nostre littere emanarunt, de quibus nichil ei per eumdem thesaurarium solutum extitit, eisdem litteris nostris in manibus nostre curie resignatis, quas mandavimus et fecimus lacerari: nec non et unciis viginti tribus et taris decem per eum solutis Burdo Salier, pro supplemento quietationis sue anni unius et mensium septem numeratorum a secundo ianuarii quartedecime, usque per totum mensem augusti quintedecime indictionum predictarum, iuxta tenorem alterius albarani predicti Iohannis Scorne, quod curie assignavit: uncias trecentas quatraginta tres, taros viginti. Per manus predicti notarii Guillelmi de Bella predicto Iohanni Scorne, pro solidis predictorum stipendiariorum; uncias octingentas. Per manus predicti Ammirati, notarii Leonardi et aliorum nuntiorum suorum eidem Iohanni Scorne, pro accurrimento stipendiariorum ipsorum, sicut constat per unum albaranum sub sigillo ipsius Iohannis proinde confectum; uncias sexcentas septuaginta quatuor, taros undecim et grana decem. Per manus predicti notarii Leonardi, notariorum Salerni et Tancredi, commissariorum eiusdem Ammirati, diversis stipendiariis nostris ad diversa albarana eiusdem Iohannis dicto notario Leonardo proinde directa, sicut constat per albaranum predictum, quas idem Iohannis iuxta ipsius albarani tenorem posuit, pro solutis cuilibet predictorum stipendiariorum in eorum computatis, per manus notariorum ipsorum: uncias septingentas septuaginta quatuor, taros decem et septem, grana undecim. Per manus eiusdem Ammirati Berlingerio de Santo Genes, Domingo Palamario et Aries, sicut constat per albaranum predictum, que iuxta ipsius albarani tenorem, per eumdem Iohannem fuerunt in eorum solidis computate: uncias quinque. Summa predicte pecunie solute predictis personis et stipendiariis pro solidis stipendiariorum ipsorum: unciarum tria milia ducente nonaginta quatuor, tari sedecim et granum unum.

Diversis stipendiariis in eodem quaterno notatis, pro emendis seu restitutionibus quorumdam equorum suorum ad arma, olim infra eumdem annum quintedecime indictionis, per diversas vices mortuorum in nostris servitiis, ultra predictam aliam quantitatem pecunie stipendiariis aliis propterea exolute, computatis unciis octo, solutis Petro de Melacio, pro emenda cuiusdam equi sui mortui in nostris servitiis, pro quibus exhibendis eidem, ad notarium Stephanum de Nicholao, olim infra predictum annum quintedecime indictionis secretum et magistrum procuratorem Sicilie mandatum nostre celsitudinis emanavit, per quem sibi, vel alii eius nomine, in toto vel in parte de quantitate ipsa satisfactum non extitit, mandato ipso in nostris manibus resignato, quod mandavimus et fecimus lacerari: uncias centum septuaginta quinque. Pro solidis comitorum, naucleriorum, balistariorum et aliarum personarum, olim infra predictum mensem decembris quintedecime indictionis, conductarum et deputatarum ad armationem galee unius armatarum in civitate Panormi et deputatarum ad custodiam insule Sicilie, quarum erat prepositus Guillelmus Carbonus, pro mensibus tribus, numeratis a quinto decembris dicte quintedecime indictionis et galioni unius de remis octuaginta quatuor armati in Trapano et

(CONTINUARÁ).